rē facit in suis pauperibus: ⁊ paup̄ q̄ scit ⁊ tali-
ter accipit rapinā cōmittit ⁊ ad restitutio-
nē obligat̄ his q̄ deberēt habere certa: q̄a
q̄d restitui dz certis p̄sōis nō p̄t distribui
pauperibus: vt plane p̄tz extra de homi. in .c.
sicut dignū. h̄. eos insup. Porro int̄ certa
prius restituēda sunt male ablata: cui⁹ rō ē
fm̄ Alex. de alexan. in tractatu suo de vsu.
qz reddere male ablata est fm̄ nccitatez iu-
sticie ⁊ eoꝝ solutio tollit iniuriā factaz deo
⁊ pximo: ⁊ maxime in rapina ⁊ furto: in so-
lutiōe aut debitoꝝ v̄ iuste acquisitoꝝ non
tollitur iniuria s̄ saluatur iusticia: ⁊ ideo
videtur illud prius fiendum isto: ⁊ si sit cō-
trarium in pluribus hoc esse videtur ex eo
q̄ debita sunt clara ⁊ manifesta: restitutio

nes autē nō sic sed inquirēde sunt: ceteris autē paribus clarū et manifestū p̄cedit in certū. cōcor. etiā Asteh. Ceterū inter male ablata illa ceteris paribus prius sunt restitūda: in quib⁹ auferēdis creditori facta est maior iniuriā et violētia. Pro quo sciēdū q̄ fm̄ triplicē volūtate creditoris p̄tingit debitorē habere substantiā eius: et fm̄ hūc triplicē volūtatis gradū hō varie scōz prius et posterius restituere obligat. Prius ma ē volūtas violēta q̄ p̄currit in rapina: furto et similib⁹: et illa prius sunt restituenda: et hoc propter violentiaz et iniuriā simpliciter illatā. Hinc etiam ad restitutiones tales cōpellunt tā de iure diuino q̄ ecclesiastico q̄ etiā ciuili. Usura vero in qua minor est violentia et iniuria cōpellit restituere iure diuino et ecclesiastico: eadē etiā ratione ceteris parib⁹ prius rapina q̄ furtus restitui debet: quia grauior ī rapina q̄ furto violētia et iniuria p̄ximo irrogat. An si debitor insolidū restituere nō pōt qd̄ extor sit p̄ rapinā et furtū: ac etiaz qd̄ habuit p̄ vsurā: tūc tenet prius insolidū restituere qd̄ habuit p̄ rapinā et furtū: q̄ qd̄ habuit p̄ vsurā: ratio est: qz spoliat⁹ p̄ vsuram sua spēte spoliat⁹ est: sed spoliat⁹ p̄ rapinam et furtū p̄tra volūtate suā spoliat⁹ est. Secūda vō est volūtas conditionata q̄ scz cadit in vsura: nā in illa nō cadit volūtas libera s̄ quadā p̄ditione coacta: et ideo pri⁹ tenet hō restituere q̄ habuit p̄ vsurā q̄ q̄ habuit p̄ alios p̄tractus volūtate factos: hui⁹ ratio est fm̄ Alex. lomb. qz in restitutione debitorū solū iusticia obseruat: s̄ in vsure restitutione et quozūlibet male ablato et nō solū iusticia sed etiā iniuriā deo facta et p̄ximo amouet: hinc talis restitutio p̄ferenda est. Tertia deniqz est volūtas p̄formata sicut ī p̄tractibus licitis voluntates p̄trahētū si mul p̄formant: et ideo habita cū tali volūtate post p̄cedētia restitui debēt: nouissi me vero inf̄ certa restituēda sūt ea q̄ ad p̄sas causas sunt relicta et donata: cui⁹ ratio est fm̄ Alex. de alexan. de vsur. qz donatio legatarū ē ex deuotiōe legatoris: et ideo fuit in eo superogatiōis consiliū: vel forte p̄ debitis incertis sunt legata: restitutio vero debitorū certorū quo ad p̄sonas ē ex obligatione p̄cepti. Hunc autē pri⁹ sūt reddenda que sunt scōm necessitatē iusticie et obligationē p̄cepti: q̄ illa dāda q̄ sunt superogatiōis et p̄silij: ad q̄ hō ex necessitate nō tenet: et huic sentētie p̄cor. Archi. in. c.

nō sane. xliij. q. v. et sic mediū locū tenet solutio debitoz. Hinc etiā dicit Guilhel. q̄ si heres scit vl̄ credit hereditatē vltra debitā nō extēdi siue sint ex p̄tractu vl̄ quasi: seu ex maleficio vl̄ q̄si: tunc legatario nihil debet dari: qz si ordinē restituēdi mutauerit: primo soluēdo legatarijs seu secūdarijs creditoribus: et deficit hereditas in restituendo prioribus creditoribus minime liberat quo ad p̄scientiā: nisi hoc faciat ex pbabili ignorātia reputās hereditatem sufficere ad omnia soluēda: vel nesciēs hūc creditore esse potiorē: et maxime remanet obligat⁹ si ex dolo vel fraude talē restituēdi ordinem tenuit: et hec sane intelligunt: nisi debitor vl̄ executor iuridice vel iusto metu cogere rur in restituendo ordiez p̄dictū mutare. Dicit tamen frater clarus de florentia ī suis casibus quos asserit ī curia romana disputatos: quod iuri magis consonū est: vt quē primo damnificauit eidē prius satisfaciāt. Cuius rō est: qz eidē dānificato bona sua primo fuerūt obligata: vnde si debitor postea p̄traxit debitum p̄ mutuū et h̄mōt: p̄stat q̄ bona sua vni semel obligata alteri obligare nequirit: hec ille. Ad maiores autem euidentiam circa restitutionem debitorū q̄ licitis p̄tractib⁹ sunt p̄tracta: ponamus casum de mercatore qui depaupertus aufugit relictis bonis extātib⁹: qd̄ creditores p̄cipientes vnanimiter confluunt et solutionē exigunt: nam veniunt deponētes et petunt deposita: veniunt et vendētes qui petunt pannos depositos aut precium eorūdez: veniunt et hypothecarij petentes se p̄ferri: veniunt pro dotib⁹ vxores et nurus: veniunt et alij simplices chirographarij: veniunt et alij simplices p̄uilegiarij. Queritur ergo quo ordine et q̄bus pri⁹ satisfaciendū est. Ad hoc dicēdū scōm Baldum de p̄sio. l. p̄ debito: de bonis auctoritate iudicis possidēdis q̄ talis ordo seruandus sit: primo nanqz satisfacere debet dominis rerū adhuc apud debitore extantium: vt etiā dicit Baldus. l. de execu. rel. iudi. i. l. executorē: vbi gratia: deponēti debet reddi depositū si adhuc extat: vt. ff. de p̄ui. credi. l. fl. et l. neuter. §. in bonis: eo. titulo: similiter furtum et rapina: primo reddi debz si extat et de silib⁹ in q̄b⁹ nō trāssertur dñiū idē est iudiciū. Secūdo loco restitui debēt merces extātes his qui illas pro p̄cepto nondū habito debitori tradiderūt: qz singularit̄ p̄ p̄cepto sunt obligate vel etiā

am quodcumque aliud emptum nec solutum buy extat: h tamen saluo q si merces p nunc plus valent id plus reddetur ad comodum aliorum creditorum: vt. ff. de ac. emp. l. iulianus. §. offerri: q si merces iam eunt vendite et ex loco alie subrogate: tunc tales subrogationes reddi non debent loco earum: quia non sunt obligate pro dicto precio: vt. ff. de in re verso. l. qda: vbi de hoc notabilis textus est. Inui autem ratio potest assignari: quia precium ex mercibus illis redactum non erat obligatum ei qui illas tradiderat: et persequens nec secunde merces ex eodem empte: et idem dicendum est in permutatione: quia vbi species est in obligatione non succedit alia loco alteri: vt notat. ff. de ver. sign. l. habeo: sicut etiam precium furti vel rapine non est furtum vel rapina. Tertio loco satisfieri debet his creditoribus qui pignora susceperunt: quia potiores sunt in creditoribus vt eisdem soluat quantum valet pignus: et preferuntur his qui habent personales actiones tamen: et sile in iudicium est de creditoribus habentibus expressas hypothecas qui sile preferunt: vt. ff. de po. l. pig. ha. l. si pignus: etiam dote uxoris et fisco quod tamen sane intelligitur de prioribus creditoribus habentibus expressas hypothecas: vt plane patet extra de pig. c. ex lris: in glo. Pro quo sciendum secundum Hostium. q pignus est obligatio rei licite pro debito facta: fit autem ad maiorem securitatem: quia tutius est incubere pignori quam agere in persona: vt insti. de oblig. q ex deli. nal. §. furti: vnde quoniam transit in potestatem creditoris dicitur pignus: quoniam vero remanet apud debitorem dicitur hypotheca: sed quantum ad actionem non differunt. Et secundum Hostium. bona tacite pignori vel hypothecae multis modis obligantur: primo pro dote obligantur bona promittunt dote: sile bona mariti pro dote uxoris: item bona reductoris pro solutione locati: sic etiam bona tutoris et curatoris obligantur pro tutela: item bona patris pro rebus aduenticijs filiorum: sic bona matris ad secundas nuptias conuolantis pro bonis filiorum prioris matrimonij etc. de quibus breuiter vide in summa pisa. in verbo pignus. §. ij. Sed nunc ad cepta redeamus. Quarto loco satisfieri debet creditoribus habentibus tacitam hypothecam: inter quos tamen preferuntur dote uxoris que censetur in bonis viri sui hypothecam habere: et preferuntur alijs nedum pretenduntibus personale obligationem: sed etiam pretenduntibus tacitam hypothecam: vt. l. de po. in pig. habeant: non tamen preferuntur creditoribus anterioribus et expressas hypothecas habentibus: nec etiam filijs matrimonij prioris agentibus

protra nouercas: vt. l. qui po. in pig. ha. l. assiduus: similiter et fiscus idem habet priuilegium in muliere: vt. p. de puile. fil. quis. de hoc etiam habetur in glo. ex de pig. in. c. ex literis: si tamen ante tacitam hypothecam vel etiam expressam non erat soluendo: preferuntur in debitis ex maleficio extractis: tunc in foro conscientie videntur illa bona prius obligata non posse ulterius obligari: et ideo talis solutio precedere debet in iudicio anime si constat de certa quantitate et de certis personis quibus restitutio fieri debeat. Verumtamen qui expendit in funerando testatorem preferunt cuilibet priori tacitam hypothecam habenti: vt. ff. de relig. l. penul. et l. ac si quis. §. j. sed forte non idem est habentibus expressam: vt. l. 30. dicitur: videat tamen ne funeralia sumptuosa faciat si testatoris bona vix essent soluendo: quia talia in foro conscientie non posset recipere vel exigere. Ceterum de alijs habentibus pignora vel hypothecas speciales vel alia bona obligata: vt in instrumentis fieri solet: tunc tenenda est regula iuris in. vj. q prior est tempore potior est in iure: vt. l. de po. in pig. l. si decetero: et l. si fundum: et l. diuersis. Quinto loco satisfieri debet deponentibus quoniam non extant eorum deposita: vt. ff. de positi. l. si hominem. §. fisci. hoc autem priuilegium cause depositi datur propter frequentiam tractuum depositorum: verumtamen tali priuilegio non gaudet qui sub nomine depositi ad usuram mutuatur: vt patet in dicitur. l. si hominem. Sexto denique loco veniunt simplices priuilegij. i. habentes priuilegia personalia non realia et habent actiones personales tamen. Septimo vero veniunt omnes chirographarij pro rata non obtenta prioritate tractuum: quia licitum est debitori propter cumulatum creditorum facere deteriore casum priorum creditorum inter chirographarios: non tamen inter eos qui habent dominium vel hypothecam aut priuilegium: vt. ff. de sepa. bo. l. j. §. strario: et ista est ratio quare in chirographarijs creditoribus non attenditur tempus: que quidem ratio notantur menti recommendanda est. Et notandum generaliter quod ceteris paribus quando restitutio vnus est determinata et clara tunc preferuntur alterius restitutioni non determinate nec clare. Quod si amborum restitutio sit eque clara tunc qui pauper est ceteris paribus diuiti preferendus est: eo quod pauper magis indiget: et per consequens cum iniuria maiori tenentur res illius: quod si pares in paupertate reperiantur: tunc ceteris paribus preferendus est cui prius in dilacione resti-

stitutionis iniuria facta est. De certis igitur restitutione debita plenarie facta: ad vltimum sunt incerta restituenda. Cuius ratio prius patet: quia christus in suis pauperibus non succedit nisi quando non inueniunt persone certe quibus sunt restituenda: et ideo cum bona non sufficiunt pro satisfaciendo certis si quis scilicet dederit vel acceperit aliquid vice christi pro satisfactione incerto et ad restitutionem obligat his quibus adhuc certa debent: quia hoc totum rapina est. Nouissime vero si supersunt aliqua debent solui legata et donata. Pro quo sciendum quod differentia magna est inter debita et legata: quia debita sunt iusticie: legata vero supererogationis et ideo secundum canones et secundum conscientiam quilibet heres vel executor tenet ad omnia debita soluenda: in quantum hereditas se extendit: siue fuerit ex maleficio vel quasi: siue ex contractu: siue peruenerit ad heredem siue non: ut extra de pig. c. ex presentium: de solu. c. j. de usu. tua nos: de rapinis in lris: et hoc. In hoc omnes canonice: imo tenet soluere debita sine omni diminutione. De legato autem secus est: quia si tanta sunt quod non remaneat ei legitima portio: tunc potest detrabere suam legitimam et iterum quartam secundum quosdam si fuerit institutus heres: concord. Hostiensis et Ulrichus tamen in legatis ad pias causas non deducitur falcidia: ut. l. ad. l. fal. et extra de testa. c. cum esses: in glo. idem Monaldus. Preterea notandum quod si solutis debitis certis adhuc hereditas sufficiens est ad soluendum incerta et legata: tunc legata solui non debent cum his que dantur pro incertis alioquin hoc in fraudem faceret et rapinam in bonis crucifixi committeret: cui pariter applicanda sunt tam incerta debita quam etiam legata: verbi gratia. Legauit illi monasterio decem libras: ac pro incertis restituendis similiter tenetur. x. libras: tunc ea que soluiuntur pro incertis illi monasterio non debent applicari in solutionem ipsius summe legate: constat enim quod tunc testator fraudatur etur de executione ipsius legati. Si tamen hereditas deductis deducendis non sufficeret ad solutionem vtriusque: tunc congruum videtur quod talia debita incerta applicarentur legatario: quia presumitur legi nature quod tunc testator magis eidem applicari vellet quam alteri: et si plures sunt heredes tunc secundum Iob. de l. de hered. ac. l. j. et ij. quilibet tenet pro parte hereditatis: exempli gratia: patris mortuus dimittit tribus filiis tres marcas argenti: quod una

est furtiua licet ignoret filii que sit illa. Tunc enim secundum Alex. de bal. in. iij. in tractatu restitutionum quilibet tenet tamen restituere tertiam partem: etiam si alii partem suam restituere non velint: licet quilibet dubitet an marcam furtiuam habeat: secus tamen de illo que certus esset quod ipse marcam furtiuam haberet. Ad lau.

Quando restitui debent debita iniuste contracta vel acquisita publice vel occulte: Ser. LXIII

Non furtum facies

Exo. xx. Septimo principaliter videndum est quando fieri debeat restitutio. Ad cuius evidenciam queri potest vtrum liceat alienum inuito domino aliquo tempore detinere: quod si non: propter quam rationem est restitui facienda. Ad hoc dicendum quod quedam sunt aliena iniuste quidem acquisita et iniuste detenta: sicut sunt furta: rapine: usure et similia: que inuito domino vel iniusto lucro a vero possessore alienantur. Quedam vero iuste sunt acquisita sed iniuste detenta: sicut omnia debita per emptioem: mutationem seruitutem: iuste quidem contracta sed ultra constitutum diem ab homine vel iure seu etiam approbata consuetudine retenta: sicut etiam deposita et similia: et de omnibus his dicit Scotus in. iij. di. xv. quod non licet aliquo tempore tenere alienum inuito domino. l. nolente: et secundum relictam rationem nolle debente. In quibus verbis Scotus duo principaliter ponit. Primum est quod regulariter statim restitutio facienda est sicut statim ab actu et voluntate peccati mortalis cessandum est: quod triplici ratione probari potest. Prima ratio sumitur respectu dei qui scilicet hoc precepit. Pro quo sciendum sunt Thome. Alex. lom. Bonauenture. et Scotus. sup. iij. quod licet affirmatiua dei precepta non obligant ad sepe: tamen ad hoc obligant precepta negatiua: precepta ergo de restitutione facienda habent formam videat affirmatiuum: tamen sunt veritate implicat negatiuum: utpote quod quis prohibet alienum detinere. et ideo secundum Scotum sic auferre alienum est mortale peccatum et contra preceptum domini negatiuum: scilicet non fur. fa. sic etiam istud preceptum est negatiuum quod quis inuito domino prohibet detinere alienum: et contra illud non fur. fa. agit qui sic alienum detinet: et ideo sic necessarium est seruare precepta negatiua: sic necessarium est non tenere aliena inuito domino. Secunda ratio sumitur respectu proximi: quod scilicet sic retinens sepe est in ledendo proximum quod in tenet rem alienam donec re

stiat eā: et ideo s̄m Alex. lom. eadē ē in iu-
ria rē alienā inuito dño retinere: sicut eam
inuito dño auferre: vt extra de resti. spo. c.
sepe: vbi dicit vltia glo. q̄ iura p̄ eodē re-
putāt auferre et iniuste detinere. Tertia ra-
tio sumit respectu sui: nā sc̄dm Sco. vbi su-
pra: vt homo vere penitere possit statim ces-
sandū ē ab actu cuiuscunq̄ mortalis culpe
nō tm̄ exteriori sed etiā interiori. I. tā esse
ctū q̄ affectu: iuxta illud Eccl̄i. xxj. quasi a
facie colubri fuge peccatū: et ideo p̄ p̄sequens
actu statim reddere vel velle reddere cum
oportunū fuerit ē de necessitate salutis: hīc
etiā restitutio in ope v̄l plena volūtate req̄-
rit̄ an̄ omnē penitentiā sacramentalē sic cessa-
tio volūtatis et facti a peccato: nec in iugif
pp̄rie a sacerdote s̄ a diuina lege: vñ sicut
tenēs adulterā vel fornicariā nō ē capax
penitentiē sed irrisor: ita q̄ si ad penitentiā
talit̄ venit potit̄ pctō pctm̄ addit sc̄dm Sco-
tū: vbi supra: sic etiā alienū volūtate parit̄
et actiōe retinēs nō ē capax alicui⁹ peniten-
tiē: q̄ si q̄tū ad apparētiā penitentiā agere
videat: audi q̄d sup̄ h̄ dicat Aug⁹. ad Ma-
cedoniū: et habet. xliij. q. vj. c. si res aliena
pp̄t̄ quā peccatū ē reddi possit et nō reddi-
tur: penitentiā nō agit sed simulat. Hinc q̄-
dam doctores tenēt q̄ talis ante restitutio-
nē actualit̄ factay: cū sc̄z assit facultas sine
pp̄rio detrimēto: nequaquā absolui debeat:
tū q̄ q̄dū sic alienū detinet peccatū in iu-
sticie p̄tinuat: tū q̄ p̄stat ex h̄ q̄ nō est vere
p̄trit⁹ si p̄t et non vult statim restituere: q̄
vere p̄tritus statim ab omni peccato recedit
mortalit̄: nullus aut̄ absolui p̄t s̄m Bona.
quē p̄stat nō esse vere p̄tritū: et si absoluit
nulla est absolutio sed graui⁹ peccat absol-
uēs: q̄ decipit p̄sitētē in penitentiē sacramē-
to: nisi forte absolueret ad cautelā cū p̄te-
statiōe q̄ absolutio nulla ē q̄dū nō resipit
sc̄it veracit̄ a pctis: et h̄ fieri p̄t s̄m Tho.
in. liij. tū etiā pp̄t̄ anticipationē: q̄ restituo
nō est ps̄ satisfactiōis s̄ p̄ambulū ad eā
Deniq̄ vt cōiter p̄iculosū ē tales absolue-
re: q̄ quotidiana docet experientia q̄ tales
omni anno restituere p̄mittūt et rarissime p̄-
missū seruāt. Secūdo p̄ncipalit̄ idē Sco-
tus innuit q̄ in certis casib⁹ alienū teneri
p̄t etiā dño nolētē: s̄ s̄m rectā rōnez velle
debentē: et de h̄ p̄sequit̄ Sco. in. liij. dicēs:
q̄ quis creditor nō velit debitori p̄stare re-
missionē: in casib⁹ tñ aliq̄b⁹ licitū ē differre
restitutionē exteriorē habita interiori volū-
tate restituēdi cum occurrerit circumstātie

oportune. Pro cuius declaratiōe sciēdū ē
q̄ debita duob⁹ modis sūt p̄tracta: sc̄z vel
iniuste vt p̄ rapinā: furtū: vsurā et sic de ali-
is: vel iuste sicut in iusta emptiōe cōductio-
ne mutuo et silibus. Si p̄tio mō tūc distin-
guēdū ē: q̄ v̄l p̄tracta sūt manifeste sic no-
torij vsurarij: raptores et filēs q̄ talē in iu-
sticiā exercēt in scādalū plurimoz: et tūc s̄
debita sunt clara et certa: constat q̄z cui sūt
reddenda potest habere locū q̄d dicit Alex.
de hales in. liij. p̄te sūme i tractatu restituo-
tionū: vbi dicit q̄ si fur vel raptor sit in ex-
trema necessitate: similic̄ et vxores et liberi
potest ipse de re quaz restituere tenet̄ reti-
nere sibi q̄tū suffic̄ vni refectiōi: totūq̄ re-
siduū restituere tenet̄: et hec positio tuta q̄
dem ē sed admodū dura: de rigore p̄cedēs
p̄fecte iusticie. Et addit Alex. de hales. si enī
facit q̄d debet: nō dereliquet eū dñs s̄ illi
p̄uidebit: iux̄ illō ps̄. 36. Nō vidī iustū de-
relictū et. et Matth. vj. Respiciite volatilla
celi et. Donaldus aut̄ in tractatu restituo-
tionū dicit q̄ talis restituere debet vsq̄ ad
venditionē hereditatis et omniū bonoz: et
etiā si oporteat ipm̄ cū familia mendicare:
et in hoc multi doctores concor. cuius ratō
potest esse: quia talis nō solum tenetur ad
restituendum iniuste ablatum sed etiaz ad
tollendum cōmune scandalum: quia dicit
dominus: ve per quem scandalum venit:
expedit em̄ ei potius q̄ sus. mo. ast. in collo-
e. et demergatur in profundum maris. Hi-
hilominus tamen in his confessor prudēs
maxime considerare debet conditiōes: sta-
tus: diuitias: paupertates et similia tā cre-
ditoris q̄ debitoris: et sc̄dm h̄ discrete mo-
derare cuncta: quia de omnibus non ē dā-
da regula generalis. Porro si debita tali-
ter contracta nō sūt clara nec certa cui red-
di debent: vel non inuenit̄ domin⁹ rei fur-
tiue vel eius heres: tūc sc̄dm Alex. de hales.
vbi supra p̄ p̄siliū p̄lati v̄l cōfessoris potest
ea reseruare penes se donec verū dñm inue-
niat: qui si reperiri nō potest: solutis prius
omnibus alijs debitis certis etiā iuste con-
tractis: resignare debet ecclie vel discreto
et p̄bo p̄fessor̄ q̄ potest restituenti: furi: ra-
ptori v̄l vsurario si multū indigens est da-
re p̄tē illius vel etiā totū: precipue si vide-
rit eū vere p̄tritū et emēdare volētē: q̄ in h̄
casu efficit̄ res illa de patrimonio crucifi-
xi: cuius dispensatores sunt in hoc foro cō-
fessores: et sic tā q̄ christi vicarij p̄nt eadē as-
signare cui voluerit vice xp̄i: dñmō idigēs

fuerit: videant tñ q̄ in hoc nō q̄rāt seip̄os: ne disp̄atores infideles inueniant̄. Hec autem p̄bant̄ per legē q̄ Numeri. v. p̄oif̄ vbi dicit̄: q̄ vir v̄l mulier cū fecerint ex oībus pct̄is q̄ solēt homībus accidere t̄ p̄ negligentīā trāsgressi fuerint mādatū domīnī atq̄ deliquerint: peccatum suū confitebunt̄: t̄ reddent̄ ip̄m caput: quintāq̄ p̄tes desup̄ ei in quē peccauerint. Sin aut̄ nō fuerint q̄ recipiāt: dabit̄ dñs t̄ erūt sacerdotis: h̄ ibi. Hīs aut̄ q̄ habēt aliq̄ vltra necessitatē nature sue t̄ suor̄ quor̄ curā habēt: nihil relinquēdū est: sed potius indicēdū est in hoc casu q̄ de talib⁹ in certis restitutionē faciāt christo in suis mēbris p̄ salute creditoris: t̄ in hoc nō querēdo p̄prium affectū: sed vtilitatē spiritalē ip̄s cui spiritalit̄ restituit̄: qd̄ realiter p̄pter ignorantīā p̄sone fieri non potuit: alioq̄n secūdarīo nō īmerito furti argueret̄ in iudicio anime. Secūdo mō debita iniuste cōtracta sunt occulta: vt qñ bona sunt occulte s̄blata vel etiā occulte sunt aliq̄ damna iniuste illata: t̄ tunc iniustus ablator nequaq̄ se p̄dere debet: qz fama p̄ciosior est q̄ terrena substantia nec p̄sequēs restituere debet p̄seip̄m: nec etiā p̄ se dilationē querere si fuerit impotēs ad soluendū: sed p̄ intermediā p̄sonā scz p̄fessorē v̄l aliū amicum fidelē: sūme tñ laboret q̄ p̄sonā ad h̄ idoneā t̄ cōscientiosā re t̄ nomīe assumat: ne forte sibi ip̄i iniusta reseruās creditori nō restituat. Indicēdū est etiā illi q̄ integre cōtractus oīa restituat si potens est h̄ facere sine grauiamē saltē notabili: qz ceteris parib⁹ multo strictius q̄s obligat̄ ad soluendū debita cōtracta iniuste q̄ iuste. Si tñ sine notabili grauiamē h̄ adimplere nō posset: vt pote qz reddituarius est artē t̄ mercātiā lucratiuā penitus ignorās: nec habz vltra necessitatē in redditib⁹ t̄ alijs bonis mobilib⁹ t̄ immobilib⁹ s̄m cōditionē p̄sone t̄ status: vel etiā arte mechanic⁹ est aut mercator: nec sine magno dispendio sue artis vel mercātie restituere p̄t: vt quia nō retinet vnde arti sue requisita emat: vel nō inuēit aliquē q̄ bona sua velit emere nisi notabiliter citra cōdignū t̄ sic de alijs. Tūc s̄z hosti. in sū. li. de penitētis. s̄. q̄bus. x. s̄z q̄ forma p̄t cū voluntate creditoris p̄ interpositā p̄sonaz acq̄sita paulatim singul̄ mētib⁹ vel annis aut alijs t̄pib⁹ restituere qd̄ poterit: aut aliter amicablem cū leso cōueniat q̄ eidē de suis redditib⁹ annis singulis

moderate restituat: ita q̄ sibi vite necessaria remaneant quousq̄ plenarie satisfecerit. Preterea si tale periculum imminet q̄ is qui tenetur restituere nō potest īduci ad restitutionē statim faciendā ne nimīū grauef: nec is cui restitutio debet fieri induci potest ad dilationē aliquā faciendā: tūc putat hosti. ibidē q̄ discret⁹ sacerdos p̄t suam formare p̄scientiā ex eo q̄ intēdit vtiliter gerere negociū creditoris: vt hoc medūm inueniat: q̄ ex quo videt q̄ dānificatus aliter iniuste ablata recuperare nō p̄t imp̄petuū: vel nō ita cito seu etiā nō ita cōmode p̄t recepto iuramento t̄ alia sufficienti cautione si fieri potest cōcedere dilationē ei q̄ abstulit: t̄ sub hac cōditiōe si hoc adimpleuit infra diē statutū absolueret peccatorum: vt sic creditor qd̄ ei debet recuperet t̄ peccator a p̄sbytero desperat⁹ nō recedat: hec ille. Quia tñ hec opinio maxime sustineri p̄t si hincinde p̄satis quātitate debitorū quātitate reddituū seu bonor̄ mobilium t̄ immobilium cōditiōe p̄sonaz: p̄p̄rim ip̄i debitoris quo ad p̄sonā t̄ statū verisimilit̄ p̄cludi p̄t: q̄ ad faciendā hāc restitutionē se velit artare vtēdo tñ necessarijs t̄ nō superfluis s̄m cōditionē stat⁹ ei⁹ t̄ p̄sone: q̄ cūcta prudēs p̄fessor subtili⁹ p̄siderare dz: nā in his maxie p̄siderāde sūt cōditiōes stat⁹ diuitie: paupertates t̄ filia tā in creditore q̄ in debitore. Deniq̄ si bonor̄ iniustor̄ ocultus debitor ad extremā puenit paupertate: licet citra medicitatē: t̄ ex cōditiōe v̄l statu verecūdū eēt illi medicare: tūc tenet̄ bonis illis vti dūtaxat in extrema necessitate: ac sollicitē laborando lucrari panē suū: cū firmo proposito restituēdi quicqd̄ vltra strictā necessitatē suplucrari valeat: ac ī fine vite cetera vsq̄ ad debitam restitutionē plenarie relinquat. Donal. insup̄ in summa dicit q̄ si dānificatus indebite se dānificatū agnoscit: tūc ipse dānificans tenetur petere veniā p̄ se si potest t̄ manifestū sit: aut per alium si per se non potest vel audeat: t̄ tunc talis media persona nomē t̄ circumstantias rei pro quo petit subtrahere debz: si per expressionē periculū aut scādalum timeatur: huius ratio est: qz q̄ offēdit alium cū eo ip̄o offensus aliqd̄ aduersus eū debz offendēs ire per se vel per aliū t̄ p̄ posse reconciliari fratri suo. Si vero q̄ dānificatus est hoc nescit: credendum est q̄ licet tutius sit petere veniā vt dictum est quando satisfacere non potest: tamen ad hoc non

tenet: qz nō est in mora soluendū in hoc ca-
 su quo ad iudiciū diuinū cum damnifica-
 tus nescit r dānificans prepotens ē: veruz
 tamē postq̄ satisfaccere potest semp ē i mo-
 ra soluendi donec satisfecerit aut dilatiōez
 impetrauerit: r hoc idē obseruandū ē vbi
 aliquis est debitor alterius ex cōtractu vel
 quasi contractu: similiter r in regularib⁹
 qui se recolūt esse debitores alicui ex eo q̄
 fecerunt in seculo. Deniqz generaliter tam
 de debitis iniuste sed occulte acquisit⁹: q̄
 etiā iuste cōcludit Sco. i. iij. di. xv. q̄ quā-
 do restitutio est damnosa reipublice vel ei
 cui faciēda est: aut etiam diffamatoria resti-
 tuenti vl notabiliter damnosa: tūc nō tene-
 tur statim ad restituendū sed sufficit q̄ sta-
 tim affectu restituere firmiter pponat hinc
 inde cessantib⁹ incōuenientijs. **Q**z si obij-
 citur: restituere ē actus pcepti negatiui vt
 dictum ē: ad cui⁹ obseruantia quilibet te-
 net semp r ad semp. Ad hoc respōdet ibi-
 dem idem Sco. q̄ tenere alienū iniuste: id
 est inuito domino semp ē phibitū: r ideo
 semp r pro semp oportet nō tenere. isto mo-
 do sed qn quis habet volūtate restituendi
 tempore oportuno extūc tenet domino vo-
 lente. i. fm rectā rationē velle debente: qz
 dñs velle debet q̄ ille qui habet suū i hoc
 casu teneat illud quousqz oportune redde-
 re possit: r de hoc in sequēti sermone lati⁹
 videbit. In argumētū autē pdictoz legis
 in cesario: q̄ cōtigit apud ciuitatē argentī
 nā: cū quidā ciuis ibidē defunctus fuisset
 r i pheretio fm morē possit: aīa ill⁹ ad cor-
 pus reuersa ē: r cū clamaret: quō veni huc
 quō veni huc: vocata ē vxor ei⁹: ad quam
 ille: Dei misericordia reduct⁹ sum: r hoc tū-
 bi dico: nisi oīa que habem⁹ relinquamus
 saluari nō poterim⁹: sicqz omnib⁹ pnt po-
 tuit salubriter dispositis infra tridū mor-
 tuus est: fuerat em̄ eoz substantia de malo
 acquisita: hoc ibi. Ad laudem dei omni.

Quādo restitui debēt debita iu-
 ste ptracta vel acq̄sita r de triplici
 differētia debitorū: Ser. LXIII

Non furtū facies.

n Exo. xx. Niso vteūqz de restōne
 debitorum iniuste acq̄sitorum
 iam psequamur qualiter debita
 iuste ptracta r acq̄sita ad restitutionē obli-
 ganf. In quib⁹ quidē restituēdis attēden-
 de sunt circūstantie ptractuū vel pactorū

aut interuenientiu iuramētoꝝ certū tēpus
 solutionis p̄figentiū: nam in talib⁹ debitor
 iuste ptractis nō tā stricte debitor obligat
 ad restōnem faciēda sicut in debitis iniu-
 ste ptractis: qz p̄sumēdum nō ē q̄ benignē-
 tas iuris r equitatis impie velit interp̄ta-
 ri: aut nimis dure ptract⁹ emptiōis mutuū
 r p̄similiū negocioz que p̄utilitate mutuū
 recipientis aut p cōmuni cōmoditate vtri-
 usqz cōtrahētis ordinata sūt. **P**ro q̄ scē-
 dū q̄ triplex pōt distingui debitorū differē-
 tia fm quā triplicē differētia triplex licen-
 tia necessaria iudicat. **P**rimo nāqz sunt q̄-
 dam qui licet satisfaccere valeant aliena re-
 stituendo: tñ pro leuioꝝ longioꝝ solutio-
 nis terminū habere volūt: r illi licētia ob-
 tentā r liberā habere debent: alloquin ta-
 lem solutionē licite differre nō possunt: qz
 iuxta p̄fatā regulā Sco. nō licet alienuz
 inuito dño aliq̄ notabili tpe detineri. Ad
 b̄ q̄ talis licētia sit libera q̄ttuor req̄rūt.
Primū ē q̄ non def ex timore: sic plerūqz
 faciūt mechanici oparij r mercēnarij nobi-
 lib⁹: potētib⁹: diuitib⁹: q̄ nō audent sua cū
 rigore exigere: imo nec musitare: cū tamē
 cōiter sine cā iuste necessitatis tales debi-
 tores solutionem p̄trahūt r creditoribus
 p̄cipue pauperib⁹ q̄ p̄prio sudore victū q̄t-
 tidianū acq̄rūt: multis modis in b̄ vio-
 lentiā inferūt: p̄tra p̄ceptū domini dicētis
 Leut. xix. **N**ō morabit opus mercennarij
 tui apud te vsqz mane: glo. merces in q̄ for-
 sitan viuit cū vxore filijs ac parentibus si
 differē deficit vict⁹: r si in crastinū recipit
 vim tamē r calūniā ptulit: quia interim vñ
 viueret nō habuit. **E**nde dicif vnū de q̄t-
 tuoz peccatis vindictā acclamātib⁹: vt p̄
 in. c. Jaco. v. vbi dicit diuitib⁹ tenacibus.
 Ecce merces oparioꝝ vestroz qui messue-
 rūt regiones vestras q̄ fraudata ē a vobis
 clamat r clamor eoz in aures domini saba-
 oth introiuit. **S**ecūdo q̄ nō def ex verecū-
 dia scz p mediū alicui⁹ cui creditor p̄tradi-
 cere seu illi erubescit negare. **T**ertio q̄ nō
 def ex desperatiōe credēs q̄ alif suū reha-
 bere non possit. **Q**uarto q̄ nec def spe scz
 alicui⁹ seruitij tpalis: r de his quattuor di-
 ctū ē supra. **E**nde sicut ibidē intelligif de
 vera indulgentia debitorib⁹ libere facta:
 sic hic intelligif eadē de licētia libere acq̄-
 sita. **A**lloquin si quis aliter p̄rogationem
 solutionis extorquet: violētia infert: nec ē
 capax penitētie salutar⁹. **I**nter om̄s tamē
 grauissime deū offendūt: qui relicto ad pl-

as cās cū pnt nō restituūt vt tenent: q̄tra
 q̄s terribiliter clamāt tria p̄silia generalia
 sicut p̄s. xiiij. q. ij. c. q̄ oblatiōes: cū duobus
 sequētib⁹ q̄ reputant̄ ibidē ab ecclia sepa
 rādi ⁊ excōicandi tanq̄ necatores pauper
 ⁊ infideles. Secūdo vero sunt quīdaz q̄
 debiti v̄l partē debiti soluere nō possūt ni
 si cū magna difficultate: ⁊ illi licetiā petitiā
 habere debēt licet nō adeptā. P̄do q̄ notā
 dū fm̄ Alex. de alexan. q̄ si is qui ad resti
 tutionē obligat⁹ ē intātū indiget q̄ si cre
 ditor sciret indigentia illi⁹ fm̄ rectā rōnez
 ⁊ fraternā charitatē non deberet sibi clau
 dere viscera pietatis: attenta p̄pria sufficiē
 tia: sed eadē charitate deberet ei dare dila
 tionē v̄l etiā facere remissionē in toto seu i
 pte cū p̄silio boni ⁊ discreti viri: ⁊ tunc dif
 ferri licite pōt restitutio: etiā si debitor di
 lationē solutiōis negaret: sic tñ q̄ semp̄ pa
 ratus sit satisfacere q̄ cito puenerit ad pin
 guiorē fortunā. Ecōtra vero si debitor non
 tñ indigens ē: q̄ si creditor sciret indigen
 tia ei⁹ ex fraterna charitate nō teneret illi
 dare dilationē in toto vel in pte: q̄ nō ē in
 digētia tanta q̄n possit ei restituere in toto
 v̄l in pte: tūc in hoc cāu si creditor solutio
 nis dilationē negaret: debitor eidē statim
 soluere teneret. Et quīs aliter quidam di
 cāt hec tñ videt̄ inia vera. Si vero sūt plu
 res creditores ⁊ vnus non vult dare dila
 tionem sed petit q̄ debitor cedat bonis:
 tunc fm̄ Ray. standū est maiori partī: ma
 ior autem pars dici debet vbi maius ⁊ for
 tius debitum est. Si vero par sit debitum
 tunc maiori numero creditorum standum
 est: q̄ si cuncta paria sunt: tūc sententia cle
 mētior eligi debet scz de dāda dilatiōe. C.
 de ces. bo. l. fi. P̄terea dicit Richar. i. liij
 di. xv. q̄ si is qui d̄z vt puta q̄ dānū intu
 lit habet aliqd̄ vltra necessitatē sustētatio
 nis nature sue ⁊ suor: quīs sit sibi necessa
 riū quo ad victū fm̄ decētiam sue persone:
 tūc restituere tenet: q̄ nō ē licitū de alieno
 viuere cū honore seculari. Si v̄o nō habet
 nisi necessaria: tūc si q̄s q̄ dānum passus ē
 nō indiget ad nature sustētationē eo q̄ ab
 latū ē: non tenet restituere qui abstulit q̄
 ex iure nature licitus ē vnicuiq̄ vsus pos
 sessionis necessarie ad sustētationē nature
 extrema nanq̄ necessitas oīa facit cōia: vt
 ff. ad. l. rho. de iac. l. ij. i. tex. ⁊ glo. Sco. ve
 ro dicit in. liij. q̄ si aliena retinēs ē in extre
 ma necessitate: ⁊ ille cui⁹ ē res nō est in ex
 trema necessitate: s̄ habet aliqua citra ne

cessitatē extremā: tūc res illa fit sp̄tus deti
 nētis iure politico: q̄ in extreme necessita
 tis articulo ad p̄uidendū sustētationi na
 ture: via oīb⁹ extreme necessitatis p̄cessa ē
 vt p̄s de v̄bo. sig. exijt qui seminat. li. vj.
 nec etiā creditor in illo casu iuridicā habz
 actionē supra debitorē: q̄ inanis est actio
 creditoris quā excludit inopia debitoris:
 vt. ff. de dolo: nā is. Merūtāmē hmōi actō
 nō expirat sed ē sopita: sicut ⁊ obligatio in
 debitorē sopita est qui tñ postea tenet ad
 restōnem si peruenerit ad pinguiorē fortu
 nā: q̄ si nūq̄ occupuit illā rem an̄ extremā
 necessitatē: tunc simpliciter occupauit rē su
 am nec tenet ad aliquā restōnem. P̄do ro
 si tam detinēs q̄ ille cui⁹ res detinet sūt in
 extrema necessitate: tūc distinguendū ē: q̄
 v̄l dñs sp̄tus rei prius deuenit ad illaz ne
 cessitatē: ⁊ tūc illi reddi d̄z duplici iure: tñ
 q̄ prius sua erat: tū etiā q̄ tā ex illa neces
 sitate facta ē sua. Vel ecōtra detinēs prius
 deuenit ad extremā necessitatē: ⁊ tūc statē
 facta ē sua: nec in hoc casu dñs posterl⁹ ad
 tāntā necessitatē venienti reddi d̄z: q̄ cessa
 uit dominiū illi⁹ ⁊ facta ē alteri⁹ iure poli
 tico. Si deniq̄ simul ambo deueniūt ad il
 lam necessitatē: tūc reddi d̄z domino suor:
 q̄ nūq̄ decidit a dño: ⁊ generalit̄ par ne
 cessitas ⁊ dānificatio creditoris par v̄l m̄
 nozi necessitati seu dānificationi debito
 ris semp̄ ē p̄ferēda: hoc em̄ dicit ⁊ exigit
 beneficij ⁊ gratitudinis rō: que tam bene
 ficio q̄ benefactori debent̄. Dicit etia rati
 ois eq̄tas q̄ nimirū iustum ē ex suis ⁊ sibi
 debitis potius ac pri⁹ sustētari dñm q̄ alit̄.
 Q̄ si obijciat: q̄libet lege nature d̄z pl⁹ di
 ligere seipm̄ q̄ proximū: ⁊ p̄sequēs magis
 diligere vitā suā corpālē q̄ vitā proximi:
 ex quo dicitur lex nature q̄ q̄s ad defendē
 dā vitā p̄pria cū moderamie inculpate tu
 tele: pōt etiā proximū occidere si nō pōt aliē
 euadere: ⁊ iō pōt etiaz istud simplr sibi ne
 cessariū magis sibi retinere q̄ primo da
 re. Ad h̄ r̄idet Sco. vbi supra q̄ magis q̄
 dē q̄s diligere d̄z vitā suā ordinate q̄ alter
 rius: prout scz ē diligibilis ad vitā eternā:
 ⁊ iō magis diligere d̄z p̄seruationē iustam
 vite sue q̄ primi: nō tñ magis diligere d̄z
 p̄seruationē iniustā vite sue q̄ p̄seruatiōez
 iustā vite primi. Sic em̄ latro magis susti
 nere d̄z suspēdium q̄ occidere suspēdētē
 vt euadat. Cui⁹ rō ē: quia dilectio vite cor
 poralis qua nitit̄ illā iniuste custodire: nō
 ē dilectio ordinata: q̄ nō ē ad dilectionem

dei vlt etiā ipius anime: nec ē iusta: qz cum iniuria multoz imo reipublice nitit illam pseruare: et sic ē in pposito: naz custoditio vite ipius iniuste detinētis de re aliena est iniusta: cum verus dñs ē similis i extrema necessitate: et cū hoc etiā ē homicida qz iniuste occidit aliū eidē subtrahēdo necessariū qd sibi tamē de iure debebat. Tertio deniqz sūt quidā qui satisfacere nō possunt sine magno dispēdio vlt inconuenienti: et h ex quibusdā circūstantijs ptunc inenitabilibus: quas Sco. in. iij. concludit in hac maxima: licz detinere rē alienā quādo eaz detineri rōnabiliter velle dz et h pprie dz licentia interpretata quā talis habere dz. Est enī interpretata licentia: quando solutio resultat in notabile damnū sui pximi vlt populi in fama vlt corpore in anima vlt exteriori substantia: et tunc solutionē licite differri pōt. Ad cui⁹ euidentia distinguī possūt tres gradus incōueniētie vel dispēdij. Pri mus ē quando nō pōt fieri solutio nisi cuz damno notabili reali vel ciuili: verbū gratia de damno reali. Pdone qz debitor pecunias suas in mercantijs posuit: quas pro tunc distrahere nō valet: nisi cū magno dispēdio: aut solutionē ab alio debitore sperabat qua similiter defraudatus ē: si talibus vel similib⁹ casibus inopinatis puen tus suo creditori nisi cum damno notabili satisfacere nō pōt: licet diues sit: tūc licite solutionē ptrahere pōt dūmodo nihil in fraudē fecerit. Cui⁹ ratio ē fm Sco. in. iij. quia talis creditor debet magl velle qz maximū incōmodū restituentis pximi cui⁹ tef qz modicū incōmodū suū vel nullum: et licet alienū inuito dño retinere sit phibitum simpliciter: tamē quando in hoc casu voluntatem habet nō fictā restituendi qz citius poterit: extūc illam tenet dño rei volēte: id ē velle debente: vult enim hoc dominus rei: et si nō actu illicito tamē actu debito et honesto: qz velle debet qz qui suū hz id teneat qz oportune restituere possit. Et si obijcit qd dño rei h agit iniuste: qz nō vult qz p qstūcūqz tēpus suū teneat. Respōdet Sco. qz licet dñs rei male et inordinate velit statim rehabere suū: et p psequēs contra rectā rōnē nolit pximū tenere suū: tamē tenēs nō est debitor iniust⁹ cū et depositū de cui⁹ redditiōe strictissima lex habet. C. de positi. l. si inuito dño voluntate inordinata licite retineri pōt. Non enī dz quis furioso petēti reddere gladiū suū apud ipm depo-

sitū: sic nec iracūdia inflāmato quē verissime timet aliū velle pcutere: et in silibus idēz ē iudiciū. Itā simile ptingit de muliere pba et honesta: qz licet marito reddere debitum obliget: tamē cū id petit inordinate scz vlt ptra salutē aīe sue vlt etiā ptra sanitatē corporis sui vel sibi p iuncti: tūc ipa satisfacere nō obligat: imo plerūqz grauit⁹ peccaret si i illo pareret. Pdo quo notādū qz pleriqz p iuges illud apli puerse interpretantes: scz mulier ptatem corporis sui nō hz sed vir: et ecōtra: abuti volūt hmōt ptate eisdē concessa in libertatem carnis: putātes se cum ppria cōiuge peccare nō posse: vacantesqz libidini nō modo sicut equ⁹ et mulus: sed et adiuuentiōes detestabiles frequētare nō verēt. Et iō queri pōt de vxorib⁹ taliū vtz peccēt dū ad hñplacitū viroz licet inordinatū nō reddūt debitū: psertim cū eis ex h dare vident cām fornicatiōis aut etiā alteri⁹ extraordinarie pollutōis: ac p psequēs dare sibi vident cām piclitandi sūlr et vxorē odiēdi domesticāqz discordiā pfouēdi. Ad h dicendū qz lz qlibet obliget coopari salutē pximoz ac p cipue sibi p iunctoz qz cū qz vinculo siue nāli siue maritali et. in qz libet pl⁹ obligat deo qz cuiusqz hoī: et iō pl⁹ obligat i se vitare pctm mortale qz i qz cūqz altero: et h intātū qz fm Aug. in li. h mendaciū p nullo mortali in altero vitādo dz hō sciēt ventalit⁹ peccare. Et Anselm⁹ i li. cur de⁹ hō: dicit qz hō poti⁹ dz pmittere mūdū pīre qz facere minimū nutū h voluntatē dei: h etiā expsse ptz. xxij. q. ij. c. ne qz arbitret: et. c. faciat: et. c. oē gen⁹: et iō p psequēs nec vxor p vitāda fornicatiōe i viro suo: vel etiā p qz cūqz altero malo i eodez cauēdo: p sentire vlt facere dz aliqd qd vergit i offēsā dei: aut i piculū corporis sui vlt et virt: cū fm aplm ad Ro. iij. Itō sūt fa. ma. vt. e. bo. Nec miret qz si viro neget qz sui iur⁹ eē videt: qz cū h rōnē debitū postulat nō qrit sibi de iure debitū h iniuste querit abusu: imo iuriose rape qrit alienū dūmō scz trāgredi vel i blāditijs meretricijs inordinatis aut i modo aut i loco ac in tpe pphibitis a iure vel a iudicio recte rationis. Sic deniqz mulier qz cūqz pmittens venire ad quēcūqz cōdictū locum: si ex hoc sibi timet euenire piculū peccati vlt scādali: nequa qz debitor pmissū soluere debet: vt pzelatius supra vbi agitur de voto. Et de silibus idem ē iudiciū. De secundo vero scz damno ciuili vlt reipublice queri potest.

utq; restitutio que esset damnosa respubl/ ce ptuc est differenda puta restitutio q̄ exi/ gitur a petro fienda ē a paulo qui magis rel/ publice necessari⁹ ē q̄ Petr⁹. Ad h̄ r̄ndet/ Sco. in. iiii. q̄ si illd̄ iniuste detentū a pau/ lo nō ē ei necessariū simpliciter s̄ tm̄ ad p̄ser/ uandū statū suū solennē: tunc dico q̄ nō li/ cet alteri statū suū solennē tenere de bonis/ alienis: nec tm̄ valet reipublice solēnis sta/ tus illi⁹ quē tenet nō restituēdo: quantum/ valent ei⁹ fidelitas ⁊ iusticia cōis. Si vero/ talis p̄sona cōis ⁊ cōmunitati vtilis p̄ illā/ restōnez impotēs ⁊ inutilis reipublice red/ deref: tūc solutionē differre pōt: quia s̄m/ Sco. debet quis velle sibi restōnem nō fie/ ri in hoc casu: cū bonū cōe q̄ priuatū recta/ rōne magis velle debeat: presertim si credi/ tor sine illa restitutōe transire pōt ⁊ tūc de/ bitor restituere nō obligat. Concor. etiam/ Serat. obdoñ. Tenet tamē hmōi debitor/ habere firmā volūtātē restituēdi q̄cittus/ poterit absq; reipublice dāno. Verūtāmē/ si creditor sine illa re vitam transigere non/ possit: tūc quidā dicūt illā restituendā licet/ debitori qui reputat vtilis vl̄ necessarius/ reipublice eēt necessaria ad p̄seruandū sta/ tū vtilem ⁊ necessariū reipublice: ⁊ tūc ta/ lis recursū debet habere ad rem publicam/ vt statū suū cōseruet: ex quo necessarius ē/ eidē vt sic necessariū p̄ferat subsidiū q̄ sen/ tiunt cōis vtilitatis cōmodū.

Qualem restitutionē facere de/ bet que partum alienum supposu/ it vel ex adulterio partum conce/ pit: Sermo LXV.

Non furtū facies.

n Exo. xx. Post expeditionez p̄mi/ gradus incōuenientie vl̄ dispen/ dij q̄ cōtingere pōt in restōne faci/ enda: iam duos sequētes gradus p̄sequa/ mur. Secundus igit̄ gradus ē q̄n restitu/ tio fieri nō pōt nisi cū magno periculo cor/ porali vel spūali: verbī grā. p̄donat q̄ ali/ quis cū falsa testificatione fecit aliū pdere/ pecuniā vel agx aut aliqd̄ hmōi nec habet/ vñ satisfacere possit nec p̄ cōtrariā testifica/ tionē illi sua reddere pōt q̄n subeat piculū/ corpis vl̄ saltē membroꝝ aut p̄perui exilij: tūc em̄ nō peccat mortalit̄ hoc nō faciendo/ sed solū plene doleat de cōmisso: ⁊ insuper/ de h̄ q̄ nō habet facultatē idoneā ad satis/

faciēdū firmiterq; p̄ponat satisfacere si vn/ q̄ peruenerit ad piguiozē fortunā. Idem/ quoq; iudiciū ē de eo qui nō pōt restituere/ oīa sine notabili piculo p̄stitutiōis filiaz/ suaz aut euagationis latrocinij filioꝝ. Bō/ aut̄ predictoꝝ ē quia si s̄m apo. ad Roma. iij. nō sūt fa. ma. vt eue. bo. multomin⁹ faci/ enda sūt bona vt veniāt mala: bonū q̄dem/ ē aliena restituere: sed vbi debitori sequit̄/ malū incōpabiliter p̄uualens recta rō nō/ exposcit q̄ tūc talis restitutio fiat: ⁊ q̄ di/ ctum ē sermone p̄cedēti q̄ satisfactio licet/ differri pōt it̄p̄tata licentia cōcurrētē: dico q̄ s̄m eādē regulā eadē licētia semper/ p̄seuerātē talis restituere nō tenet. Et sub/ hac regula multi casus obscuri ⁊ piculosi/ possūt satis faciliter declarari: licet his vti/ debēt sapiētēs in p̄silijs dādīs ⁊ p̄fessionib⁹/ auditiōib⁹: nō aut̄ in sermonib⁹ p̄dicā/ dīs ne laxis ad malū p̄nis ruine det̄ occa/ sio. vnde similis casus quodāmodo ponit̄/ eē de pe. ⁊ re. de muliere scz sibi supponēte/ partū alienū vbi dicit̄. c. officij. Significa/ stī quandā mulierē tibi fuisse p̄fessam que/ timens ne viri possessio deuolueret̄ ad ali/ os quarūdā herbarū succū potauit ⁊ inde/ vēter eius intumuit ⁊ inde grauidā se ostē/ dēs sibi partū supposuit alienū timēsq; ma/ ritū: nō vult facinus ip̄i detegere qui plē/ credit sine dubitatiōe esse suam. Quoniā/ ergo postulat̄ edoceri utq; ei hac fraude du/ rante sit penitētia iniungēda: respōdemus/ q̄ sicut mulieri q̄ ignorante marito d̄ adul/ terio prolē suscepit. q̄uis id viro suo time/ at p̄fitere: nō ē penitētia denegāda: ita nec/ illi debet penitētia denegari: maxime si p̄/ alios intelligas alienos ad q̄s timeat pos/ sessionē viri deuolut: sed cōpetens satisfac/ ctio p̄ discretū sacerdotē sibi d̄z iniungi: s̄/ Inno. iij. cutdā cardinali aplice sedis pro/ tūc legato: vbi dicit̄ glo. sup illo x̄bo: dene/ gāda: hoc mixtū ē q̄ durāte suppositione per/ quā fraudant̄ p̄sanguinei debita successio/ ne: hec mulier penitere pōt: p̄tra illd̄. xliij. q. vj. c. si res aliena p̄pter quā pctm̄ ē red/ di possit ⁊ nō reddit̄ p̄nā nō agit̄ s̄ silat̄: ⁊ de pe. dis. iij. penitētes: s̄ ip̄a nō pōt dete/ gere suppositionē q̄ ei nō crederet̄ p̄stāte/ te p̄sumptionē q̄ habet̄ ex matrimonio: q̄/ fili⁹ nat⁹ sit ex nuptijs. ff. de his qui sūt sui/ vl̄ alie. iur. sūt filij ⁊ etiā piculosum eēt mu/ lieri illud detegere: s̄ ibi. Verūtāmē q̄ s̄m/ iura allegata ⁊ s̄m doctores idē dicēdū est/ de muliere supponēte sibi ptum alienū qd̄

p. c. officij. de peny. c. reoy.

xare.
A
re.
m

Insequenti gradu dicitur de adultera: quod igitur non rante viro filium de altero generavit et iniustum heredem substituit: ideo casum hunc persequi gratia breuitatis permittitur. Tertio denique gradus est: quod restitutio fieri non potest nisi cum magno damno periculo et scandalo non solum unius sed et plurium: sicut contingit in muliere cuius filius adulterinus nutritus et hereditatur de bonis mariti sui. De qua quodammodo potest vtrum marito vel saltim filio reuelari dicitur: ne scilicet iniusta hereditatem possideat et matri damni nationis perpetue causam prestet: quod dicitur Ecclesiastici xxiiij. Mulier omnes relinquens virum suum peccabit statuens hereditatem ex alieno patrimonio. Ad hoc breuiter respondet Scolasticus. i. liij. quod mulier si nequaquam reuelare debet: diuersas adducens rationes: quas tamen latius et lucidius placuit explanare: licet secundum Guiljelmum. Mulier reuelare potest marito si non timet maritum vel aliud imminere periculum de his que ponent inferius: sicut quibus contingit quod quidam viri scienter et turpiter vxorum adulteria sustinent vel etiam eisdem consentiunt: aut quod peius est ad ad hoc easdem quibus coartant: eo quod proprios filios non possunt habere: vel etiam alia quacumque pudenda occasione. Ad maiorem igitur dicte questionis euidentiam: dico primo quod talia nullo modo sunt proprio marito reuelanda propter septem pericula a doctoribus assignata. Primum periculum est infamie ipsius mulieris: quod viro talia reuelanda cum esset ante bone fame et proba reputata: pessime seipsum ac turpissime diffamaret: ac virum indicibili dolore gladiaret: quod etiam mulieri magnam esset periculum et desperationis fomentum: cum scriptum sit. Proverbia xxij. Melius est nomen bonum quam ditie multe: quod licet de viris intelligatur tamen in honestatis infamia turpius ac periculosius in mulieribus nota ingeritur: multe namque mulieres a multis se cohibent ut nota declinent infamie. Secundum vero periculum est magne confussionis ipsius mariti et omnium sanguineorum ipsius adultere: nam valde ignominiosum est viro quod vel sibi vel alteri reueletur de vxore: quod plene de adulterio concepit: multi nimirum potius sustinerent seipsum exheredari: quam vxores suas tam turpiter adulterari et diffamari. Similiter et consanguineis est maximum ob proprium vituperium ac improperium apud extraneos et presertim eorum emulos: maxime tamen est quodammodo irrepabilis infecta filijs suis legitimis turpissima confusio: et sic multo honestius ac secundum rectam rationem acceptius omnibus predictis est quod omnino celetur. Tertium periculum est per-

